

Dalla *Historia Romana* di Paolo Diacono (ed. Waitz, pp. 4-5)

1- Capta igitur Troia Aeneas Veneris et Anchisae filius ad Italiam venit || anno tertio post Troiae excidium. ||

Orbene, presa Troia, Enea, figlio di Venere e Anchise, giunse in Italia, tre anni dopo l'eccidio di Troia.

2- Cum Turno Dauni Tuscorum regis filio dimicans eum interemit eiusque sponsam Laviniam Latini regis filiam in coniugium accepit, de cuius etiam nomine Lavinium oppidum, quod construxerat, appellavit. || regnavit igitur Aeneas Latinis annis tribus. ||

Battendosi in duello con Turno, figlio di Dauno re degli Etruschi, lo uccise e ne prese in matrimonio la sposa Lavinia, figlia del re Latino, dal cui nome intitolò anche la città di Lavinio, che aveva costruito. Così Enea regnò, per tre anni.

3- Quo vita decedente regnum suscepit Ascanius, || qui et Iulius, eiusdem Aeneae filius, quem apud Troiam ex Creusa coniuge genuerat et secum in Italiam veniens adduxerat. ||

Alla morte di costui prese il regno Ascanio, che si chiamava anche Iulo, figlio dello stesso Enea, che egli aveva generato a Troia dalla moglie Creusa e, venendo in Italia, aveva condotto con sé.

4- Qui Ascanius, derelicto novercae suae Laviniae regno Albam Longam condidit et Silvium Postumum fratrem suum Aeneae ex Lavinia filium summa pietate educavit. ||

Questo Ascanio, ceduto il regno alla matrigna Lavinia, fondò Alba Longa ed inoltre allevò con somma devozione Silvio Postumo, suo fratello, figlio di Enea e di Lavinia.

5- Deinde Ascanius Iulium filium procreavit, a quo familia Iuliorum exorta est. parvulus quia necdum regendis civibus idoneus erat, || Ascanius, cum XXXVIII annis regnasset, || Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem. ||

Quindi Ascanio generò il figlio Iulio, dal quale nacque la famiglia degli Iulii. Giacché il piccolo non era ancora in grado di guidare i cittadini, Ascanio, dopo aver regnato 38 anni, lasciò erede del regno il fratello Silvio Postumo.

....

6- isti [Procae Silvio] quoque Amulius succedens eius iunior filius regnavit annos quadraginta tres; Numitor Procae regis maior filius a fratre Amulio regno pulsus in agro suo vixit;

Succedendo a costui, regnò quindi Amulio, il figlio più giovane, per 43 anni; Numitore, figlio maggiore del re, scacciato dal regno ad opera del fratello Amulio visse nei suoi campi;

7- Filia eius adimendi partus gratia virgo Vestalis electa est; quae cum septimo patrum anno geminos edidisset infantes, iuxta legem in terra viva defossa est.

La di lui figlia vergine fu fatta vestale, per toglierle la possibilità di partorire; ella tuttavia, dopo sette anni del regno dello zio, diede alla luce due gemelli, e fu sepolta viva secondo la legge:

8- Verum parvulos prope ripam Tiberis expositos Faustulus regii pastor armenti ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit, quae ob pulchritudinem et rapacitatem corporis quaestuosus lupa a vicinis appellabatur: unde et ad nostram usque memoriam meretricum cellulae lupanaria dicuntur.

Ma i bambini, che erano stati esposti sulla riva del Tevere, Faustolo, pastore del regio bestiame, li portò alla propria moglie, Acca Laurentia, che per la bellezza e la rapacità del corpo in vendita veniva chiamata 'lupa' dai vicini: donde, anche a nostra memoria le stanzette delle meretrici vengono dette lupanari.